

Band III., Nr. 796, Seite 292-293

Bischof Siboto von Augsburg erlaubt dem Kloster Anhausen, sich die Pfarrkirche zu Heldenfingen einzuverleiben.

Augsburg, 1231. (Nicht vor dem September.)¹

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Siboto, dei gratia Augustensis ecclesie episcopus, dilecto in Christo fratri Deg[e]nhardo, abbati de Ahusen, et karissimis filiis omnibus ibidem vitam regularem professis salutem in domino. Cum in generali ecclesiarum obpressione^a specialiter vestram inspiciamus ad hanc inopiam devenisse, ut tam in monasterio vestro quam officinis tecta vetustate consumpta propter rerum penuriam per vos commode reparari non valeant, ne locus et ecclesia tam celebris transeat^b in ruinam, modis omnibus quibus possumus sibi duximus succurrendum. Vestris igitur precibus annuentes, ecclesiam parrochiam in Heldoluingen, in qua ius presentationis ad vos pertinere dignoscitur, pleno iure vobis et successoribus vestris, de consilio capituli nostri et assensu pleno, conferimus cum omnibus usufructibus et pertinentiis suis perpetuo tenendam et possidendam, nominatim in presenti ad tectorum reparationem et luminarium subplementum^c et ad conservationem eorundem in futurum, vel ad alia de quibus iuxta abbatis considerationem urgentior necessitas incumbere videbitur. Statuimus ad hec, ut predictae ecclesie et eius parrochianis per clericum secularem, vel idoneam personam, fratrem vestrum, secundum quod status temporis expostulat, in divinis et aliis quibuslibet semper salubriter sit provisum, salvo etiam in ea iure nostro et archidiaconi et decani et confratrum loci. Ut autem hec concessio nostra per nos et nostros successores vobis et successoribus vestris rata semper et inconvulsa permaneat, literam presentem in huius rei certam evidentiam vobis conferimus, nostri et capituli nostri sigilli munimine roboratam.

Huius rei testes sunt: Hainricus decanus, Hermannus scolasticus, Hainricus cellerarius, Richardus archidiaconus, Vlricus oblaicus, Vlricus de Althain² archidiaconus, Siuridus Kastilinus, Vlricus plebanus, Siuridus Inningensis, Siuridus Vbellinus, canonici ecclesie maioris et alii plures ad hoc vocati.

^aSo liest die Urkunde.

^bSo liest die Urkunde.

^cSo liest die Urkunde.

¹Der Indiktion zufolge ist die Urkunde nicht vor 1231 Sept. ausgestellt.

²Zusamaltheim, DLG.

II

Datum Auguste, anno incarnationis domini millesimo CC. tricesimo primo, indictione V., presidente domino Gregorio papa, nono.

—

Nach dem Original des bischöflichen Archivs in Augsburg.

An roten und gelben Seidenschnüren hängen: 1) Das länglich runde, ganz zerdrückte, ringsum am Rande beschädigte bischöfliche Siegel von braunem Wachs. Es zeigt den Bischof in der gewöhnlichen Darstellung, von der Umschrift nur noch die Buchstaben OT (aus *Sibotonis*), 2) Die untere Hälfte eines runden Siegels von weißem Wachs mit dem Rumpf einer in bischöflichem Gewand auf einem Stuhl sitzenden Figur. Von der Umschrift auf dem beschädigten Rand sind nur noch die Buchstaben M (von *Sigillum*) und AVGVST notdürftig erkennbar.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 471 U 162

Editionen:

ANTON STEICHELE (HRSG.): Beiträge zur Geschichte des Bisthums Augsburg, 2 Bde., Augsburg 1850-52, Bd. 1, S. 262. PLACIDUS BRAUN: Notitia historico-literaria de codicibus manuscriptis in bibliotheca liberi ac imperialis monasterii ordinis sancti Benedicti ad santos Udalricum et Afram Augustae extantibus [...], 2 Bde., Augsburg 1791-96, Bd. 1, S. 141 (nach einem Ms des Klosters St. Ulrich und Afra).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Augsburg

Aussteller:

Siboto; Bischof von Augsburg (1227–1247)

Ortsindex:

Anhausen Wohnplatz (4093)

Anhausen, Herbrechtingen, HDH

Augsburg, A

Heldenfingen Wohnplatz (4054)

Heldenfingen, Gerstetten, HDH

Inningen, Augsburg, A

Zusamaltheim, DLG